

De celo et elementis

te presentis tenebras spiritus septiformis gratie lumie nos illustrat: qui a mundi origine usque ad eius terminum diversis temporibus missi quasi distincti sunt et coniuncti per intentionem mentis. Unde Job. xxxvij. Nunquid coniungere valebis micantes stellas pleiades. Vel septem stellis decorat constellationem pleiadum: quod vij. virtutibus fulget universitas electorum scilicet quatuor cardinalibus que sunt iusticia: temperantia: fortitudo et prudentia. Et tribus theologice scilicet fide: spe: et charitate. Que quidem virtutes et si sint inter se distincte: adeo tamen sunt confederate et coniuncte in anima ut nunquam possint haberi separate. Unde secundum doctrinam stoicorum quam in hac parte approbat doctrina sanctorum virtutes sic connexae sunt ad invicem: ut qui unam habet omnes pariter habeat: et qui unam caret omnibus carere necesse est. Secundo propter earum ortum. Vernali enim tempore pleiades oriuntur: et quanto aer serenior est et frigidior: tanto ab alijs stellis melius discernuntur: quod scilicet electi dei maxime per tribulationis frigus ad virtutes consurgunt et in eis virtutes oriuntur: meliusque virtuosius sint cognoscuntur quando tribulationum frigoribus comprimuntur. Tertio propter aspectum: quod scilicet una ex illis stellis latere videtur: ita scilicet nec ex toto se occultat: nec ex toto se manifestat. Hec est electorum humilitas qua bona sua occultare desiderant ne illa ventus vanitatis dispergat. Nec tamen ex toto occultant sed ut tam sibi per humilitatem custodiam quam alijs per divinorum operum exempla proficiant: sic opera in publico faciunt ut eorum semper intentio maneat in occulto.

Quarto propter effectum: quod cum sol per pleiades iter facit: aeris caliditas vernalis pluvius temperat: et terra tunc temporis floribus pulchritudine adornat: quod scilicet electi et virtuosius viri sunt divinis amore calidi et devoti: lacrymis madidi: semper tamen sobrii et bonorum exemplorum odoriferis floribus redivit.

Ca. XXVII

De elemosynariis

et misericors similis est morti olivae. Unde mons olivae secundum Augustinum. sicut mons christi et unctio pinguedinis et refectionis medicaminis et curationis. Et propter abundantiam olei ibi crescit: quod oleum est unctuosius virtuosius et delitiosius.

Primo enim elemosyna sanctificat tribuentem: et hoc significat in unctioe christi. de qua dicitur Exo. xl. Unctio oleo consecrabis. Hoc enim est oleum misericordie et pietatis que omnia plecrant: quod sicut dicitur Aplos. j. Timothee. Pietas ad omnia valet. Item elemosyna reficit elurentem. et hoc significat in olei impinguatione. De qua dicitur in Ps. xxij. Impinguaui in oleo caput meum. Et nota quod erat oleum quo ungebatur tabernaculum. et hoc est oleum: id est pietas elemosyne corporalis que refouet tabernaculum ventris sine corporis. de quo dicitur Exo. xl. Assumpto unctiois oleo unges tabernaculum. Aliud vero oleum erat quod ungebatur caput. et hoc est elemosyna spiritualis per quam ungitur caput mentis. de quo ibidem permittitur. Oleum unctiois fundes super caput eius. Et de hoc habet Ister. ij. quod oportebat quod puella que servabat regi sex mensibus oleo ungerentur. Item puella sunt anime devote: que christo regi referunt quod oleo unguuntur sex mensibus qui sollicite insistentur sex elemosynarum spiritualium operibus que in hoc versiculo continentur. Consule castiga solare remitte ferora. Tertio elemosyna curat egrotantem scilicet peccatorem. et hoc designat in unctioe medicamine. de qua dicitur Mar. vj. Ungebatur oleo multos infirmos et sanabantur. Sic oleum misericordie et elemosynarum sanant et curantur vulnera peccatorum: Tob. iij. Elemosyna ab omni peccato et a morte liberat. Ca. XXVIII

De exaltatione superbia

et superborum semper sequitur detectio. secundum illud Prover. xvj. Ante ruinam exaltat cor. Unde superbi siles sunt planetis: quod sicut planeta habet in auge sua ascensum et exaltationem: sic in opposito angulis descensum et depressionem. unde sicut dicitur Plinio: A centro terre absides altissime sunt. Saturno in scorpione. Jovis in Virgine. Marti in Leone. Soli in geminis. Veneri in sagittario. Mercurio in capricorno medijs partibus. et contra ad terre centrum humillime atque prime. Alij etiam dicunt quod quilibet planeta sicut in alio quo vno signo habet regnum et gloriam suam: sic in alio alio abiectionem et tristitiam. Verbi gratia: Ita sicut dicitur sol habet gloriam suam in fixo gradu arietis: et casum in eodem gradu librae. Per solem ergo intellige mundana sapientia fulgentes: qui extollunt in ariete in alioque ducuntur quod suas opinioniones et consilia multi se-